

Casimirus Rex Poloniae permutationem agrorum
episcopalium de Jamnicze in terra Cracoviensi pro
sorte agrorum in Popsandra factam admittit et
confirmat, quae sorte in Popsandra immunitate
ecclesiastica adscribitur.


42

In nomine Domini amen. Cum omnes com-
mutationes bonorum nullum per se robur firmita-
tis valeant obtinere, nisi scripturis authenticis et fide
dignorum testimonio testium fuerint perennata. Igitur
nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non
terrarum Cracoviae, Sandominiae, Siradiae, Lencitiae,
Cujaviae, Pomeraniae, Rypsiacae dominus et heres,
notum facimus quibus expedit universis harum se-
riem literarum inspecturis. Quod accedens ad nostram
baronumque nostrorum presentiam venerabilis in Chri-
sto pater dominus Bodzanta divina et Apostolica
sedis gratia episcopus Cracoviensis, per honorabilem
virum dominum Spilkonem decanum sancti Florian-
ni et Canonicum suum Cracoviensem Ecclesiarum,
et Sadyca heres de Rudno quondam filius Joannis
Judicis Cracoviensis sani mente simul et corpore exi-
stentes non compulsi nec coacti, aut per aliquem erro-
rem seducti, sed de bona ipsorum animi voluntate, no-
stra tamen ad hoc speciali voluntate et consensu appo-
sitis inter se commutationem bonorum hereditariorum
fecerunt, quae talis dignoscitur esse. Quod venerabilis
pater memoratus dominus Bodzanta episcopus Craco
Cracoviensis nobili militi domino Sactiere heredi
superius.

superius nominato de Rudno agros suos villa sua
episcopalis de Laurinice magis contiguos villa
ipsius Saclire, dicte Rudno in terra Cracoviensi
sitis circa sepes ipsius Saclire in Rudno sibi et
sue posteritati dedit, assignavit et coram nobis
perpetuo resignavit, nihil juris vel domini sibi
vel suis posteris in eisdem agris penitus reser-
vando. In recompensam predictorum agrorum
idem dominus Saclira superius nominatus de
Rudno memorato venerabili Patri domino episcopo
Cracoviensi et suis successoribus unam sortem cum
gratis, quam emit apud Joannem Nicolai in Pof-
sandra sita in terra Cracoviensi. Similiter contu-
lit et donavit perpetuo, et coram nobis liberè resi-
gnavit nihil juris vel domini pro se vel pro suis
successoribus penitus reservando, prout est eadem
sortis in suis limitibus ab antiquo distincta et li-
mitata, cum omnibus utilitatibus quomodolibet ad
ipsam spectantibus habendam, et pro sua suorumque
successorum voluntate convertendam, facientes eandem
sortem ab omnibus nostris servitiis regalibus liberam
penitus et exemptam, prout alie villa episcopales
scilicet Laurinice, et alie gaudent libertate.
Quam quidem commutationem rite et ratio-
nabiliter factam de solita nostra regia maje-
statis benignitate gratiosè admittentes appro-
bamus, ratificamus et tenore presentium con-
firmamus. Harum quibus sigillum nostrum
testimonio literarum, presentibus est appensum.

Actum.

Actum et datum Cracoviae feria sexta post festum
Sancti Viti. Anno Domini millesimo trecentesimo
sexagesimo quarto. Presentibus testibus Jo-
anne Sandomiriensi, Andrea Cracoviensi, Pa-
latinis, Ottone Polonio, Floriano Lancitiensi
Cancellariis, Raphaelle Sandomiriensi, Mstingio
Cracoviensi Subcamerariis et aliis multis fidedignis,



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]